

PROF. GÜNTHER CHRISTOPH SCHELLHAMMER

| | |
|-----------|---|
| Fakultät | Medizinische Fakultät |
| Geboren | 1649 in Jena |
| Gestorben | 1716 in Kiel |
| Kurzvita | Med. ao. Prof. der Pathologie in Helmstedt (1679–1680); Med. o. Prof. der Pathologie u. d. Botanik (1680–1689/90); Med. Prof. in Jena (1690–1695); Med. Prof. und hzgl. Leibarzt in Kiel (1695–1716); |
| Ehefrauen | Maria Sophia Schellhammer geborene Conring (01.01.1647–1719), Heirat 1679 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 202 f. |
| GND | https://d-nb.info/gnd/104194421 |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-190-schellhammer |

Lehrstühle

- 1679–1680 Lehrstuhl für Pathologie, Helmstedt
- 1680–1689 Lehrstuhl für Pathologie / Botanik, Helmstedt
- 1690–1695 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt
- 1695–1716 Lehrstuhl für [o. A.], Kiel

Ämter

- 1695–1716: Kiel, Leibarzt d. Herzogs

Vorlesungen (45)

[...] privatos intra parietes anatomica exercitia aliaque, quibus juxta secum proficiant auditores, aggredietur., Wintersemester 1679/1680

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. simplicium Medicamentorum naturam & facultates explicabit publice, & experimentis illustrabit: [...], Wintersemester 1679/1680

Guntherus Christophorus Schellhammerus. Absoluta de Simplic. Med. sac. parte generali, & omni de saporibus, odoribus, aliisque sensibilibus qualitatibus doctrina, ad specialia accedet, & mineralia, vegetabilia, animalia officinis usitata singula sectabitur., Sommersemester 1680

Frequentes praeterea in campos silvasque vicinas plantarum cognoscendarum causa excursiones instituet cum publicas, tum privatas, in hortis quoque, quos quidem licebit intrare, demonstrationes botanicas subinde celebrabit., Sommersemester 1680

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. in materiae medicae explicatione occupabor, & absoluto quidem hactenus de terris discursu, nunc mineralia magis proprie sic dicta aggrediar, facto initio de Sale nitro & alumine, quae deinceps reliqua suo ordine sequentur, ita ut singulorum exemplar oculis spectandum exhibeam, deinde in ortum, naturam & causas operationum ratione & experimentis inquiram., Wintersemester 1680/1681

Et quo citius amplissimam officinalium classem ad finem perducere liceat, Vegetabilium, quorum

hisce aestivis mensibus in campis ac sylvis nomina didicerunt cupientes, privatim virtutes hyemalibus docere constitui. Si qui praeterea in anatomicis erudiri vel exerceri cupiant, iis operam meam locabo lubens., Wintersemester 1680/1681

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. itidem in simplicium medicamentorum ex classe mineralium virtutibus publice exponendis perget. [...], Sommersemester 1681

[...] Privata vero opera institutiones medicas explicabit, & Jove favente botanicas excursiones singulis mensibus instituet., Sommersemester 1681

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. partium thoracis physiologicam ac pathologiam tradere perget [...], Wintersemester 1681/1682

Neque anatomica exercitia privata prorsus negliget, si qui ea exigeant., Wintersemester 1681/1682

[...] Domi vero collegium institutionem continuabit., Wintersemester 1681/1682

[...] privata vero opera simplicium naturam aut formularum conscribendarum rationem exponet., Sommersemester 1682

[...] Botanicam in campis ac sylvis docebit, Bructerum quoque montem & alia paulo remotiora loca data occasione visitabit [...], Sommersemester 1682

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. thoracis Physiologiam & Pathologiam, postquam de cordis officio & circulatione sanguinis paulo prolixius hactenus egit, brevi perducet ad finem, indeque colli partes ac morbos explicare incipiet. [...], Sommersemester 1682

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. absoluta physiologia & pathologia thoracis, eadem qua hactenus methodo partium colli, indeque capitis, naturalem & praeternaturalem historiam deinceps docebit., Wintersemester 1682/1683

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. partium capitis constitutione naturali & morbosa, in qua etiam nun occupatur, ad finem perducta, Physiologiam cum Botanica destinato sibi in iis successori mox tradet, ac deinceps in sola Pathologia exponenda operam ponet. Et nunc quidem ad sensuum externorum affectus progreditur: quibus explicatis, de iis differet morbis, qui pluribus partibus communes sunt, aut universo accidunt corpori., Sommersemester 1683

Privatos inter parietes, exercitiis anatomicis absolutis, medicamenta simplicia omnia ac singula demonstrare incipiet, plantas vero officinales cum aridas & in se retractas, tum in Herbario vivo artificiose explicatas spectandi faciet copiam, posthaec de singulorum virtutibus ac facultatibus acturus., Sommersemester 1683

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. Affectibus capitis internis omnibus explanatis, de iis differet, quae sensibus externis vitium facere, eorumve ἐνααδησίαν corrumpere solent., Wintersemester 1683/1684

Privata vero exercitia quaecunque expetentur, quovis tempore promptissime instituet., Wintersemester 1683/1684

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. Pathologiam generalem quam exorsus est, perducet ad finem, deinde de sensuum & eorundem organorum affectibus differere, animum induxit. [...], Sommersemester 1684

[...] Privatos intro parietes quam desiderant noni institutionum, seu fundamentorum artis succinctam explicationem aggredietur, neque in aliis, si qui sint discendi cupidi, unquam eorum petitionibus deerit., Sommersemester 1684

Guntherus Christophorus Schellhammerus absoluta in qua jam occupor, Semeiotica universali, (quam, nisi autumnalis catarrhus obstitisset jam perduxissem ad finem) ad specialem pathologiam progrediar, & vel de sensuum affectionibus, vel intimi ventris diesseram morbis., Wintersemester

1684/1685

[...] Privatim coeptum Institutionum collegium continuabo, quo finito, ad simplicium medicamentorum notitiam Grammaticam ac, quantum futuro medico conducet, Philosophicam (Medicam jam publice tradente Cl. D. Collega) studiosam juventutem manuducam, universa & singula ad oculum demonstraturus., Wintersemester 1684/1685

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. simulac pauca illa quae restant de sensuum vitiis: adjecerit reliquis, infimi ventris mala & extremorum morbos explanabit, sicque universam partium H. C. morborum historiam absolvet [...], Sommersemester 1685

Privatim vero erudiri cupientibus Methodum Medendi praelegere constituit, veterum pariter ac recentiorum sententias examinaturus, eaque occasione simul quid analytices peritia in arte valeat, obiter ostendet., Wintersemester 1685/1686

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. posteaquam plerorumque omnium morborum historiam per singulas corporis humani regiones eundo perduxit ad finem, celebre illud Aphorismorum Hippocraticorum opus publice explicabit., Wintersemester 1685/1686

Privata vero opera vel ad materiae medicae nominalem ac philosophicam cognitionem (quantum quidem ejus ad medicum pertinet) cupientibus praebet, singula ad oculum demonstraturus; vel in conscribendis formulis, traditis prius singularum praeceptis ac regulis, utilissimus pariter accertissimis, exercebit auditores., Sommersemester 1686

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. in aphorismis Hippocratis explanandis occupatus est, ex quibus qui in primo & secundo libro continentur absolvit. Ad sequentes igitur jam progredietur, & opus urgebit sedulo., Sommersemester 1686

Guntherus Christophorus Schellhammerus D. In aphorismis Hippocratis explicandi adhuc occupatus est, quorum librum quartum nuper absolvit; Id opus urgebit sedulo, & reliquos nunc adjunget, deinde ad Pathologiam specialiore[m] rediturus. [...], Wintersemester 1686/1687

[...] Privatos intra parietes Chemiam docebit. [...], Wintersemester 1686/1687

[...] Pathologiam quoque generalem brevissimis thesibus comprehensam, si qui in disputando exerceri forte cupiant, publice examinandam proponet., Wintersemester 1686/1687

Guntherus Christophorus Schellhammerus, D. Aphorismorum Hippocraticorum quod superest propediem absolvet, & dein De febribus disquisitionem instituet. [...], Sommersemester 1687

[...] Privata opera demonstrabit simplicia, & de earum natura, generibus aliisque id genus, iis praesertim quae antequam ad facultates eorum cognoscendas medicinae tyra accedat, scitu ipsi necessaria sunt, differere decrevit: quibus multa curiosa subinde additurus est., Sommersemester 1687

Guntherus Christophorus Schellhammerus, D. Abstrusissimam febrium naturam, in qua exponenda occupatur, scrutari perget, deinde reliquos morbos universales eadem ratione explicabit. [...], Wintersemester 1687/1688

[...] Domi suae demonstrationes simplicium continuabit: quibus peractis, in praescribendis formulis exercebit cupientes, nec plura desiderantibus deerit. [...], Wintersemester 1687/1688

[...] Pathologiam quoque generalem brevissimarum thesium compendio descriptam desiderantibus publice ex cathedra defendendam committet., Wintersemester 1687/1688

Guntherus Christophorus Schellhammerus, D. In affectibus universalibus explicandis occupatus sum, quibus (quod brevi fiet) ad finem perductis, particulares aggrediar. [...], Sommersemester 1688

[...] Privata opera ad formulas praescribendas brevi manu volentes ducam, [...] continuabo.,

Sommersemester 1688

[...] & si invenientur qui Respondentium munere velint fungi, Pathologicas exercitationes continuabo., Sommersemester 1688

Guntherus Christophorus Schellhammerus, D. Morborum universalium historiam absolvit. Deinceps de viscerum particularibus, gravioribus praesertim affectibus discusum instituet, quem ad Nativitatis festum perducet ad finem. [...], Wintersemester 1688/1689

[...] Pathologiam generalem elaborare perget, nec publice disputando se exercere cupientibus deerit., Wintersemester 1688/1689

Guntherus Christophorus Schellhammerus, D. ubi per occupationes publici muneris integrum id erit, Semeiotices rationem & fundamenta tradet., Sommersemester 1689

Guntherus Christophorus Schellhammerus, D. in semeiotica exponenda occupatur, quam proprediem absolvit, & deinde Medicamentorum facultatibus ex veris principiis suis dignoscendis dissertationibus instituet., Wintersemester 1689/1690

Guntherus Christophorus Schellhammerus, D. Principia medicamentorum facultates cognoscendi, in quibus exponendis occupatur, proprediem absolvit, mox usum eorum in medendi methodo ostenturus. Hoc quoque ad finem perducto, ipsam medendi methodum generalem, nisi de rebus suis aliter disponere jubeat Divina providentia, docebit., Sommersemester 1690

Privatam quoque operam quidvis desiderantibus vel postulantibus lubentissime commodabit., Sommersemester 1690

Zitierhinweis

Prof. Günther Christoph Schellhammer. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-190-schellhammer> [06.07.2026]